tus. Eſt enim ſydus quod a latinis
iugula vocatur (arbor naſcitur
Oricū vrbs in epiro. vbi therebint⁹
Orithya filia erithei reg̃ atheniēſis.
quā boreas raptā tulit in thraciā ⁊ ex
ea genuit zethum ⁊ calaim. Alia fuit
amazonum regia. De qua Juſtinus
libro ſecundo (boetie
Oropus oppidum ī attica in ꝯfinio
Orodes rex parthoꝝ: qui Craſſum
romanum cepit ⁊ occidit.
Orpheus thrax. filius oeagri vel a-
pollinis ⁊ calliope muſe: poeta vetu-
ſtus ⁊ cytharoedus optim⁹ atq̧ the
ologus qui dulcedine cātus ðr feras
⁊ ſaxa ⁊ inferos mouiſſe. Nā eurydi-
cen vxorem cantu recepit ab infer̄ vt
ſupius habes in Eurydice. Inſtituit
aūt orpheus ſacra bacchi. ⁊ tandez a
mulierib⁹ bacchātib⁹ diſcerptus fuit.
lȝ alij putent ipm fulmine periſſe.
Ortygia īſula in aegaeo. alio nomīe
Ortona vrbs in pelignis (delos
ad mare adriaticum.
Oſci populus antiquus in cāpania
Virg. Oſcorumq̧ manus
Oſiris i longa. iouis ex niobe filius.
rex argiuoꝝ primo. Deinde relicto fra
tri eo regno ꝑfectus in aegyptū ibi re
gnauit. ⁊ iſim duxit vxorē. Tādem a
tiphone fratre ſuo clam occiſus fuit.
⁊ ab iſide diu queſitus. Que inuentū
tandē corpus ſepeliuit in inſula q̄ ðr
abatos. Ubi cū poſtea bouē inueniſ-
ſent aegiptij. putauerūt oſirim eē dei-
ficatum. ⁊ bouē illum mēphim ducē-
tes ꝑ deo coluerūt. ⁊ apim vocantes
ſacra illi inſtituerūt. ⁊ certo ſpacio per
acto illū in flumine mergētes aliū bo
uem ſilis forme cū luctu querebant
Quo inuento cū magna leticia voci
ferabant̄. Tibull⁹. Te canit atq̧ ſuū
pubes miraꝛ oſirim Barbara: mem
phitim plāgere docta bouem
Oſſa mōs theſſalie pinis plen⁹. vbi
cētauri morabant̄. Jn̄ oſſaeus a um
Oſtia oppidum olim latij in oſtijs ti
beris ad mare

Othrys mons theſſalie: ſedes olim
laphitaꝝ. Lucanus. Solſticiale ca-
put nemoroſus ſummouet othrys.
Oxyrinchus ciuitas aegipti dcā ab
oxyrincho piſce qui ibi templū habu
it. Nam aegiptij vniuerſi colebāt di
os piſces ꝑ dijs ſcȝ lepidoꝝ ⁊ oxyrī
chum. Item duas aues ſcȝ accipitrē
⁊ ibym. Item tria terreſtria ſcȝ bouē.
canem ⁊ felem. Quidā etiam colebāt
crocodilū. ⁊ alij ichneumonē paruuȝ
aīal qð occidit crocodilū. hec ſtrabo.

P

Pacorus o curta rex parthoꝝ
occiſus ī ſyria ꝑ vētidiū rōanū
Pachynus y longa. ꝓmonto
rium ſicilie ꝓpe ſyracuſas. auſtꝝ vſus
Pactolus o longa. fluuius lydie qui
olim deferebat auri ramēta. vn̄ ⁊ chry
ſorhoa ðr ⁊ labiꝛ in hermū fluuium
Pacunius brundusinus nobilis tra
gediaꝝ ſcriptor ⁊ nepos ennij poete.
claruit rome tpib⁹ ſcipionis ⁊ lelij
Padus maximus italie fluuius or-
tum hn̄s ad radices veſuli montis.
Et eſt primo ꝑuus. ſed deīn. xxx. flu-
minibus auctus ꝑ ſeptē oſtia ruit in
adriaticū mare. Uocaꝛ etiā eridanus
Paduſa fluuius in padum fluens.
Padua vrbs venetie circa padum.
Alio nomine patauium
Paean paeantis. pater philoctete q̄
paeantius dicitur a patre
Paean paeanos. apollo ⁊ laus apol
linis. ⁊ quecūq̧ laus. Item pes qui
Paeon quidā medicus (dam
preſtantiſſimus. vnde peonius ꝑ me
dicinalis accipiꝛ (macedonia
Paeones. populus in theſſalia vel
Paeſtū oppidū lucanie vbi eſt moliſ
ſimus aer. vnde ⁊ roſaria ibi bis flo-
rent. Inde paeſtanus
Pagaſa vrbs theſſalie alio noīe de-
metrias. Inde pagaſaeus. Lucanus
Ut pagaſea ratis peteret cum phaſi
dos vndas
Paleſtina regio ſyrie coniuncta ara-
bie. Eadem iudaea dicitur.
Palamedes e longa. fili⁹ naupli rex

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

euboie inſule occiſus ab ipis grecꝫ ad
troiam fraude vlyſſis Nã cũ greci cõ
uocarent ad bellũ troianũ: vlyſſes vt
domi maneret furere ſe finxit ⁊ diuer
ſis animalibus littus arabat. Pala-
medes aũt vt ſimulatõem vlyſſis de
tegeret: filiũ illius aratro oppoſuit ⁊c̃
Deinde cũ apud troiam eẽnt ⁊ vlyſ-
ſes frumentatũ miſſus in thraciã ni-
hil attuliſſet. palemedes eodẽ profe-
ctus multũ frumenti attulit. Igitur
vlyſſes videns palamedẽ ſibi eſſe cõ
trarium: curauit in tẽtorio palamedꝭ
auꝝ occultari. Deinde ipm corã prin
cipibus accuſauit dicẽs. ꝙ a troianis
auꝝ accepiſſet vt grecos traderet Pa
lamede negante queſitũ ⁊ inuentũ eſt
auꝝ. ⁊ ipe innocẽs lapidatus eſt Hic
a gruib9 que volando miros ordies
ſeruant: ordinem aciei ⁊ quaſdã lr̃as
didicit. vnõ grues dicuntur aues pa
Palaemon deus mari (lamedis
nus qui ⁊ melicerta. Vide Ino .
Ilius fuit grammaticus rome tẽpo
ribus quintiliani.
Palatinus mõs in vrbe roma dict9.
a palanteo oppido qõ ante romã ibi
fecerat euander rex
Pales dea paſtoꝝ cuius feſta pmo
palilia deinde parilia dicebantur.
Palici duo filij iouis ⁊ thalie vel aet
ne nimphe. que a ioue grauida facta
eſſet: timore iunonis orauit vt ſibi ter
ra dehiſceret. quod ⁊ factum eſt. Sꝫ
poſtea tpe partus inſtante: rurſus a-
perta tellus gemellos pepit q̇ paliſci
dicti ſunt ⁊ in ſicilia pro dijs colebãt
Pallas filia iouis ſine matre qꝛ ex ce
rebro iouis dicitur nata. Et dicit eẽ
xgo ⁊ artium ac armoꝝ dea. Inuen
trix olei ⁊ lanificij. vñ olea dr palladꝭ
arbor Vocat etiã minerua ⁊ tritonia
Palinurus promontoriũ ⁊ portus ĩ
lucania prope oppidũ veliam dictus
a palinuro gubernatore claſſis aenee
ibi ſepulto. Qui p ſomnũ in mare de
naue ceciderat. (cadie.
Pallene regio macedonie ⁊ vrbs ar-

Palmira magna vrbs aſſirioꝝ inter
imperia romanorum ⁊ parthorum ſi
ta ⁊ a ſalomone condita
Pamphilia regio minoris aſie pro-
pe licaoniam ⁊ liciam
Pamiſus fluuius theſſalie vnus de
quinqꝫ principatibus
Pan ruſticus deus paſtorum cornu
tus ⁊ caprinis pedibus
Panaetolium mons maximus ĩ ae-
tolia. vel conuentus aetolorum
Pãchaia regio arabie ſcꝫ ſabaea vbi
thus naſcitur. vnde fit panchaeus a
um. id eſt ſabaeus
Pandion i longa. rex athenarum pa
ter prognes ⁊ philomele
Pandora o lõga mulier formoſiſſiã
⁊ gratioſiſſima. cui ſinguli dij ſua do
na dederunt ſcꝫ pallas ſapiam. ven9
decorem. apollo muſicã. mercuri9 elo
quentiam. Vñ dr pãdora quaſi om
nium donũ vel ab omib9 donata.
Hanc vt ait heſiodus iuppiter in ter
ram miſit vt homines deciperet.
Pannonia regio duplex. Superior
pannonia eſt que nũc auſtria dicitur
inferior autem dr hungaria
Panomphaeus eſt epitheton dei. a
pan. i. omis. ⁊ omphe. i. vox. qꝛ deus
oĩm voce colendus eſt. vel q̇a omes
voces audit. Ouidius. Ara panom
phaeo vetus eſt ſacrata tonãti
Panormũ oppidũ ſicilie. Iñ panor-
Pãtheon templũ rome a. (mita
M. agrippa ꝯditũ ioui vltori Et in
terpretatur omnium deoꝝ.
Panthoides. dr pithagoras phs q̇
dicebat ſe quãdoqꝫ fuiſſe euphorbũ
toianum panthoi filium.
Pantagia fluuius ſicilie (iſtro
Panticapes fluui9 ſcythaꝝ q̇ntus ab
Paphlagonia regio aſie minoris
Paphus vrbs in inſula cypro vene-
ri ſacra. Vnde venus dr paphia
Parce tres dee fatales ſcꝫ clotho. lac
heſis. atropos. q̃ q̇cquid hoi addixe-
rint id fieri ncc̃e eſt vt fabulant poete
Paretoniũ vrbs ⁊ grãdis portus in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aegypto. Paretoni⁹ adiectiuū. Luca.
In paretoniā ferꝛ ſecutus in vrbem.

Paris filius priami regꝫ troie ex he-
cuba vxore. que cū eſſet grauida: ſom-
niauit q̄ pareret facē que troiā ↄbu-
reret. Quare territus rex iuſſit vt pu-
er mox vt natus eſſet occideret. Hecu-
ba ṽo materna pietate mota curauit
illum clā educari apud paſtorē. Et cū
adoleuiſſet. Juno pallas ⁊ venus de
pulchritudine ↄtendētes ꝓpter aureū
pomū in quo ſcriptū erat. Detur pul-
chriori. a ioue ad paridē arbitꝝ miſſe
ſunt. Cui cū iuno regnū. pallas ſapiē-
tiam. ven⁹ voluptatē ⁊ pulcherrimā
mulierē ꝓmiſiſſet: ipe ꝓ venere ſentē-
tiam tulit. Poſtea a patre agnitus et
in grām ſuſceptus: ſpartam nauigās
helenā vxorē menelai regꝫ rapuit. ob
qđ ortum eſt bellū troianū. Tandem
achillem doloſe occidit. Etiam vocaꝛ
alexander. occiſus tādem ab aiace oi-
lei vel a pyrrho.

Parnaſſus mons in phocide habēs
duos colles quos aliqui falſo nomi-
nant citheronē ⁊ heliconē. Nā illi ſūꝫ
montes ꝑ ſe. Item ꝑnaſſus fuit dica-
tus apollini ⁊ baccho. vñ poete dicū-
tur eum frequentare. ⁊ ꝑnaſſides mu-
ſe dicuntur

Paros inſula in aegaeo vbi candidiſ-
ſimum hꝫ marmor quod parium dr̄.

Parma ciuitas gallie in italia. a flu-
uio parma dicta

Parrhaſia ciuitas arcadie. Inđ par-
rhaſius id eſt arcadicus ⁊ parrhaſis
idis. dicitꝛ mulier arcas vt caliſto.

Parrhaſius pictor eximius. Vide
infra zeuſis

Parthenius mōs arcadie ſic a ṽgi-
nibus dictus. Nam parthenos vel
parthenice virgo grece dr̄. Item par-
thenium eſt oppidum arcadie.

Parthenope vrbs campanie. alio no-
mine neapolis. a parthenope vna ſy-
renum ibi ſepulta

Parthenopeus penul. ꝑducta mele-
agri ⁊ atalante filius. rex arcadū. qui
pene puer profectus eſt ad bellū the-
banum ⁊ occiſus

Parthi ꝑp̄ls ferus in aſia maiori cir-
ca ꝑſas. Eorꝫ regio parthia dicitꝛ que
ab occaſu terminaꝛ media. ab aquilo-
ne hircania. ab oriēte aria. a meridie
deſerto carmanie.

Paſyphae ꝑ quattuor ſillabas. filia
ſolis ⁊ vxor minois regꝫ cretenſis
Que turpi amore tauri dr̄ arſiſſet in-
cluſa lignee vacce cū tauro coiſſe. ⁊ ex
illo ↄcepiſſe monſtrū taurino capite.
quod minotaurus dicebaꝛ. Seruius
ait ipſam coiſſe cum ſcriba regio qui
taurus nominabatur

Paſithea vna grāꝝ alio nomine eu-
phroſine. Statius. Nō hoc paſithea
blandarum prima ſororum

Patara vrbs lycie vbi colebaꝛ apol-
lo qui ob id pataraeus dr̄. Eadē fuit
patria diui nicolai epi.

Patre aꝝ. vrbs achaie in longiſſimo
ꝓmontorio poſita ex aduerſo aetolie
In ea diuus Andreas apl's paſſus

Pathmos inſula ꝑua in ae- (fuit
gaeo mari vna ſporadū. In q̄ diuus
iohannes euangeliſta exulans apoca-
lypſim ſcripſit.

Patauium vrbs venetie. alio nomi-
ne paduam. Inde patauinus

Patroclus locrenſis menetij fili⁹ cū
in patria cedem feciſſet fugit in theſſa-
liam ad peleum regē. cuius filio achil-
li fuit chariſſimus ⁊ cum illo profect⁹
eſt ad bellum troianū. Cū aūt achil-
les iratus ob raptā ſibi ab agamēno-
ne amicā pugnare nollet: patroclus
eius arma induit ⁊ ſic territurus tro-
ianos in pugnā venit. Sꝫ ab hecto-
re occiſus: cauſa fuit vt achilles ad ꝑ̄-
lia rediret ac hectorem necaret.

Pauſanias dux lacedemoni⁹ ī bello
ↄ xerxē ꝓditōis dānat⁹. Ali⁹ nobilis
adoleſcēs in macedoīa q̄ philippū re-
gem prēm alexādri occidit eo q̄ iuſti-
ciā ſibi ſepe rogatus exercere noluiſſꝫ

Pegaſus equus alatus neptuni ⁊ me-
duſe filius. vel vt alij dicūt. ex cruore

occiſe meduſe natus Qui in helicone
volans ⁊ pede terrã feriẽs fontẽ fecit
muſis ſacꝝ noĩe hippocrenẽ. Deinde
cum in pirenẽ fontem dulcẽ caput in
clinaret. bellorophon ipm̃ aſcendit. ⁊
in celum volare volens tandẽ decidit
pegaſus autem in celum ꝑueniẽs in-
ter ſidera poſitus eſt.
Pegaſides muſe dicuntur a fonte he
liconis illis dicato queꝫ pegaſus pe
de ſuo feciſſe fertur
Pelaſgi ſt̃ theſſali. a pelaſgo iouis fi
lio denoĩati. ⁊ pelaſgis ipa theſſalia.
Pella vrbs littoralis macedonie in q̃
nati fuerũt philippus ⁊ alexander filij
eius reges macedonum . qui ob id
dicuntur pellei. Iuuenalis. Unus pel
leo iuueni non ſufficit orbis
Peleus aeaci ⁊ aegine filius q̃ ex tethi-
de genuit achillem qui pelides dicit̃.
Ouidius. Pelides vtinã vitaſſet a-
pollinis arcus.
Pelias filius neptuni rex theſſalie. pa-
truus iaſonis . Etiã pelias eſt patro
nymicũ ⁊ quaſi adiectiue ponit̃ Oui
dius. Tranſeat hectoreũ pelias ha-
ſtalatus Sꝫ tunc fit a pelio monte
Pelion mõs theſſalie ſiluoſus. vñ pa
Peligni ppl's ita (tronymicũ pelias
lie ĩ ſabinis. ex q̃bꝫ natus erat Ouidius.
Pelops rex achaie filius tantali reg'
phrygũ. quẽ pelopẽ pater coxit ⁊ dijs
appoſuit carnes. Sola tñ ceres hũe-
rum comedit alijs abſtinẽtibꝫ. Deĩn
pelops vite redditus humeꝝ eburne
um recepit. Deinde cũ oenomao rge
achaie certauit ⁊ vicit. Uide ſupius
hippodamia Habuit aũt filios atreũ
⁊ thyeſtem qui pelopide dicunt̃
Peloponeſus regio grecie. alio nomi
ne achaia. inter duo maria ſita. Uñ
peloponneſus. i. pelopis inſula
Pelorus o ꝓducta ꝓmontoriũ ſicilie
Peluſiũ eſt vnũ de (italiam verſus
ſeptem oſtijs nili. arabiã ſeparãs ab
Penelope filia icarij ⁊ (aegypto
vxor vlyſſis. cui ad bellũ troianum ꝓ
fecto ⁊ poſt hoc diu ꝑ orbem vagan-
ti fidem ⁊ pudiciciam ſeruauit. licet a
multis procis ſollicitaretur
Peneus fluuius theſſalie inter oſſan
⁊ olympum montes . Qui orcũ flu-
uium accipit ſꝫ nõ recipit. ſed olei mõ
ſupnatantẽ breui ſpacio portatũ ab-
dicat. penales aquas diriſq; genitas
argenteis ſuis miſceri recuſans vt ho
merus ⁊ plinius ſcripſere
Pentheus rex thebanus filius echio
nis ⁊ agaues Qui cũ ſacra bacchi cõ
temneret: a mr̃e ac ſorore ceteriſq; fe
minis bacchantibus laceratus fuit.
Pentapolis regio aphrice q̃ ⁊ cyrenai
ca dr̃. hñs quinq; ciuitates inter q̃s
ꝑncipalis eſt cyrene Fuit etiã regio iu
dee a quinq; ſil'r vrbibꝫ dcã que ꝓpt̃
nefanda flagitia ꝑierũt. ſ. zodoma go
morra adame ⁊ ſeboim quoꝝ loco nũc
eſt mare mortuũ . Nam ſegor quinta
vrbium ꝑcante loth manſit
Pergamus clariſſima vrbs aſie vel
troadis quã ſilenus fluuius itermeat
Hec eadẽ vrbs troia vocat̃. Dicitur
etiam pluraliter ꝑgama. Uirg'.
Pergama cum peteret ⁊c̃. Hinc ꝑga
meus ⁊ ꝑgamenus (pamphilie.
Pergaea diana dicit̃ a perga oppido
Perinthus clara vrbs thracie in ꝓpõ
tide. alias dicta heraclea In qua fuit
amphitheatꝝ qđ inter ſeptẽ ſpectacu
la orbis ꝯputat̃. nã fuit ex vno mar-
Permeſſus fluuius (more factum
boetie ex helicone monte fluens ⁊ mu
ſis ſacer. Dicitur etiã ꝑmeſſis idos
Perſephone vel melius pherſepho-
nes dr̃ ꝓſerpina filia iouis ⁊ cereris quã
pluto rapuit ⁊ vxorem duxit. Unde
dicitur inferorum regina
Perſeus filius iouis ⁊ danaes q̃ me
duſam occidit vt ſupius habes. Dei
de andromadã ſaxo alligatam ⁊ ceto
deuorandã liberauit ac vxorẽ duxit mul
toſq; hoſtes oñſo capite meduſe ꝯuer
tit in ſaxa. Tãdẽ argos reuerſus acri
ſiũ regẽ auum ſuũ (a quo cum matre
ĩfans fuerat mari ĩpoſitus) occidit et
ꝓ eo regnauit. Uide danae ⁊ meduſe

Perſepolis vrbs in perſide a perſeo
condita.
Perſes rex macedoīe victus a paulo
emilio cōſule romano ⁊ cum filijs in
triumphū ductus Quem tamē vt ca
ptum ſibi adduci vidit paulus fortu
nam eius miſeratus fleuit
Perſis regio orietalis : que finitur a
ſeptētrionibꝫ media. ab occaſu ſuſia-
na ab ortu carmania. a meridie perſi
Perillus quidā faber athe (coſinu
nienſis qui phalari tyrāno dedit a ſe
factū aereū bouē vt in eo hoīes inclu
ſos ſuppoſito igni torqueret. Cū aūt
perillus grande pmiuꝫ expectaret. ty
rannus eum boui illo incluſit vt pe-
nam ſuam primus expiret.
Pericles athenieſ dux eloqns ⁊ pru:
Peruſium vrbs thuſcie (dens
Petilia oppidū lucanie ꝯdituꝫ a phi-
Petra vrbs nabatheoꝝ (lottete
in arabia montibus ⁊ deſertis circum
data ⁊ inacceſſa
Peuce inſula borealis in iſtro. Item
peuces oſtium iſtri
Petoſiris quidam mathematicus vł
Phaethon filius ſolis (aſtrologus
⁊ climenes nymphe. qui mltis pcibꝫ
a patre impetrauit vt currum ſolis q
qttuor equis trahit. vno die regeret.
Sed tanto opi impar equis eū non
audientibꝫ ſed extra viam currētibus
mundus ardore ſolis inceſus ē Qua
re iuppiter etiam celo timēs fulmine:
ipm deiecit in padū. Eſt aūt phaetō
dictio triſyllaba. Horatius in carmi
ne ſapphico. Terret ambuſtus phae
thon auaros. Et eſt epitheton ſol. di
ctū a greco verbo PHAETHO
quod eſt illuſtro. vñ p ſole capit. Er
rant aūt qui ſcribunt phoethon
Phaethontiades ſunt ſorores phae
thontis ſcꝫ filie ſolis. De quibus vi-
de Heliades
Phaeaces p ae diphthongū popu-
lus corcyre inſule ad quos vlyſſes ve
nit. In ſingulari dicitur phaeax.
Phaedra p diphthōgū. filia minois
regis crete ⁊ paſiphaes ⁊ theſei vxor
que hyppolitum illius filium amauit
Quem cum ad amorē ſui flectere nō
poſſet: accuſauit eum apud prēꝫ qua
ſi eam ille violare voluiſſet. At poſt
qꝫ hyppolitus ob hoc falſum crimen
necatus fuit. ipa etiam ſe met occidit
Phaetuſa filia ſolis. Uide heliades
Phalaris media curta. tyrānus ſici-
lie crudeliſſimus in agrigento vrbe.
De quo ſupra perillus.
Phalernus mons campanie ppe pu
teolos. vbi naſcit multū ⁊ optimū vi
num quod phalernum dicitur
Phaneus mons in chio a rege quo-
dam ſic dictus
Pharo antiquiſſimus rex aegypti. a
cuius nomine oīs reges aegypti vł
qꝫ ad tpa Salomoīs dicti ſunt pha
raones Et ligua aegyptiaca pharao
ſignificat regem. teſte Ioſepho
Pharos vel pharus. parua iſula ae
gypti ꝯtra hoſtia nili ⁊ ppe alexādriā
vrbem In pharo fuit maxima turris
nauigantibꝫ lumen pbens nocturno
tempore. vnde etiam alie turres ad
hoc facte vocantur phari. Pharius
ponitur pro aegiptius
Pharnax vel pharnaces rex ponti fi
lius mithridatis. q prēm pſecutus ad
mortē coegit. Fauebat em pompeio
qui cū mithridate bellabat. Tandeꝫ
ceſari rebellans: victus ⁊ pulſus fuit
Pharſalos a longa ciuitas theſſalie
in cuius campis C Caeſar ⁊ Cn pō
peius acre pliuꝫ habuerūt in quo pō
peius victus fuit. Vñ Lucanus id
plium ſcribens libꝝ ſuum appellauit
pharſaliam. Item ipa ciuitas phar-
ſalia dicitur. Lucanus Uincendum
pariter pharſalia pſtitit orbem
Phaſis grandis fluuius colchorum
⁊ etiam vrbs. hinc medea filia regis
colchorum dicit phaſias. ⁊ phaſiane
aues illinc allate (alia boetie
Phere ciuitas theſſalie. alia laconie.
Pherecydes i longa. poeta tragicus
pediculari morbo ꝯſumptus. Sere-

nus. Sed quis non paueat pherecy
dis fata tragaedi.

Phereclus faber inſignis qui naues
paridis fabricauerat

Phidias athenienſis ſtatuarius op
timus: Vñ fit phidiacus.

Philace vrbs theſſalie in qua ꝓtheſi
laus imꝑabat (ſcriptor

Philetas .grecus poeta elegeiarum

Philoctetes paeantꝭ filius ⁊ comes
hercul' quē ſepeliuit ⁊ ſagittas illius
hũit. Cũ iret ad bellũ troianũ vna ſa
gittarum illarũ in pede vulneratus i
lemno manſit. Tandē in calabria vr
bem petiliam condidit

Phillyra nympha ex qua ſaturnus
chironem genuit qui chiron phillyri
des appellatur a nomine matris

Phileni duo frēs cartaginenſes qui
ꝓ ampliatōne ſue reipublice ſe viuos
ſepeliri ſuſtinuerũt. Nam cũ cartha-
nenſes ⁊ cyrenēſes diu certaſſent inter
ſe de finib⁹ agroꝝ tandē ita ꝯuenerũt
vt certo tꝑe duo viri ex vtraq; ciuita
te exirent. ⁊ vbicũq; illi ſibi obuiarent
ibi vtriuſq; ciuitatis finis eſſent. Igit
ex carthagiñe miſſi phileni lōge ꝓceſ-
ſerunt in fines cyrenenſiũ anteq̃ʒ illi
aduenirent. Cũq; veniſſent tandē cy
renenſes. ⁊ ſe eſſe ꝑuentos vidiſſent:
grauiter indignati ꝓpoſuerũt phileīs
vt niſi retrocederēt, aut viui illic info
derentur. Quod poſtq̃ʒ factũ eēt car
thaginenſes illic philenis aras fecerẽt

Philadelphia ciuitas lydie ad radi
ces tmoli mōtis. Strabo eã ponit i
miſia ꝓrimã lydie ⁊ terremotib⁹ ve-

Philadelphus ptholo (xatã dicit
meus. rex aegypti bibliothecã fecit a-
lexandrie fere quinquaginta milia li
brorum ꝯtinētē. Idē rex libros moy
ſi curauit traduci de hebreo ſermone
in grecum ꝑ. lxxij. interꝑ̃tes

Philippioꝝ vrbs macedonie a phi-
lippo rege ꝯdita. ꝓpe quã ceſar ⁊ pō-
peius. deiñ auguſt⁹ ⁊ brut⁹ puguerẽt.

Phillis regina thracie ⁊ filia lycurgi
demoophontē theſei filiũ a bello tro
iano reuerſum et in thracia tēpeſtate
delatũ adamauit ⁊ aliquãdiũ ꝓ mari
to habuit. Sed cũ ille athenas profe
ctus ſtatuto tꝑe nō rediſſet ipa amo
ris impaciētia ſe ſuſpēdit ꝺ amygda
lo ⁊ in amygdalũ dicit' eſſe mutata

Philomena vel philomela. filia pã-
dionis regꝭ athenīēſis quã tere⁹ rex
thracie violauit ⁊ linguã ei abſcidit ⁊
mutata fuit i auē ſui nois. vide ꝓgne

Phineus rex arcadie qui cũ filios ſu
os impulſu ſecũde vxoris ſue cecaſſʒ
ira diuina ipe etiã cecatus fuit. ⁊ har-
pyie aues rapaciſſime cibos ei⁹ aut
rapuerunt aut fedauerũt. Sʒ poſtea
zetus ⁊ calais a phineo humanit' tra
ctati fugauerẽt illas. vide ſtrophades

Phyton magnus ſerpēs quē ſagittꝭ
occidit apollo qui ob id ꝺr phytius ⁊
phythia ludi inſtituti in honorē apol
linis. Itē phythonicus ꝺr apolline
plenus. i. qui inſtinctu demonis futu
ra ꝯiectat. Quidam tñ ſcribũt pythō

Phlegethon fluuius inferoꝝ ſemp
ardens. Nã PHLEGETHO
grece ꝑcat ꝯburo. Virgꝭ. in. vi. Moe
nia lata videt triplici circũdata mu-
ro. Que rapidus flãmis ambit tor-
rentib⁹ amnis. Tartare⁹ plegethon ⁊c̄

Phlegyas filius martis rex laphy-
tarum pater ixionis. vñ ⁊ ipi laphyte
dicunt' phlegye. Phlegyas aũt tem-
plum delphyci apollinis incēdit. vñ
grauiter cruciat' apud inferos. vt ait
Virgilius

Phlegrei campi ſunt in theſſalia vbi
iuppiter cum gygantib⁹ bellauit. Alij
ſunt cãpi phlegrei in cãpania vbi her
cules cũ gygãtib⁹ bellaſſe dicitur

Phlegō vn⁹ eq̃ꝝ ſol' ab ardore dcũs

Phocion quidã nobilis athenīēſis.
⁊ bone vite ſed ꝑ inuidiã iniuſte neca
tus. Lege plutarchum

Phocis parua regio grecie inter atti
cam ⁊ boetiã. In phocide eſt oppidũ
delphi ⁊c̄. Vñ phoceus ⁊ phocaicus
vñ pilades ab Ouidio dicitur pho-
ceus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Phoebus.i.apollo filius iouis ꝛ la
tone ꝛ interꝑtatur latine purus ꝛ ſplē
didus.vñ ponit̃ ꝑ ſole. Uide ſupius
Apollo Item phoebe eſt diana ſoꝛoꝛ
phebi.ꝛ ꝑ luna ponitur Phoebas eſt
ſacerdos phebi ſcꝫ muiler vaticinās.
Phoemonoe filia phoebi ꝛ vates q̃
pꝛima carmen heroicum cecinit
Phoemos lacus arcadie’: cuius aq̃
nocturno tp̃e noxia eſt.diebꝫ autez in
noxia.vt in quit Ouidius
Phoenicia vel phoenice regio maio
ris aſie ꝛ pars ſyꝛie ꝓpinqua iudee ꝛ
valde fertilis frugum
Phoenix quidam rex phoenicie :a q̊
regio noiata eſt.Ali⁹ fuit phoenix pe
dagogus ꝛ magiſter achillis
Pholus vnus centauroꝛum.
Pholoe mons theſſalie in quo cen-
tauri moꝛabantur.Eſt etiam nomen
mulieris apud Uirgilium.
Phoꝛcin vel phoꝛcys rex coꝛſice ꝛ ſar
dinie inſulaꝝ.ꝛ pater meduſe que ſ ab
eo dꝛ phoꝛcinis idos. Phoꝛcys aũt
in mari ſubmerſus marinus de⁹ ha-
Phoꝛoneus rex argiuo (bitus eſt
rum filius inachi
Phrahaptes rex parthoꝝ occiſus a
ſcythis.Itē alius etiā rex parthoꝛuꝫ
peſſimus qui patrem ꝛ.xxx.fratres ꝛ
filium interfecit
Phrygia regio minoꝛis aſie hñs ab
oꝛiēte cappadociā.a meridie lyconiā.
ab occidente troadē.a ſeptētrione ga
latiā que tñ ꝑs eius eſt.Et ꝓpter vici
nitatem pꝛo troade ponit̃.vñ troes ł
troiani dicuntur phryges
Phrixus filius athamāt̃ regis the-
baꝝ ex nephele vxoꝛe pꝛioꝛe.Qui cũ
helle ſoꝛoꝛe ſua inſidias Inonis no-
uerce fugiēs ſuꝑ arietē aurei velleris
cũ ſoꝛoꝛe diſceſſit.Sꝫ helle in ponto
ſubmerſa eſt.phryxus ꝓo venit ĩ col-
chos ad aeetē r̃gē ꝛ ibi ariete ĩmolato
illius vellus aureũ ſuſpendit in tem-
plo.qđ vellus poſtea iaſon abſtulit.
Aries aũt inter celeſtia ſigna locatus
vocatur phryxeus e longa.

Picenũ eſt regio italie q̃ nũc appellat̃
marchia anconitana ab ancone ciui-
tate.picētes āt dñr hĩtatoꝛes piceni.
Picus filius ſaturni ꝓmus rex laurē
tũ Circe autē amoꝛe illius capta ſed
ſpꝛeta ipm carmĩbꝫ ſuis mutauit in
auem ſui nominis vt fabulantur.
Pierides dñr muſe vel a pierio mõte
theſſalie in quo nate fuerũt .ł a nouē
filiabꝫ pieri quas canēdo vicerũt Nā
vt ouidius ait . pierus habuit noueꝫ
filias q̃ muſas ad certamē carminuꝫ
ꝓuocauerunt.Sed victe cũ muſ etiā
maledicerent:ab illis in picas muta-
ta ſunt.Ouidꝫ.v.metamoꝛ.
Pylades ſtrophĳ phocēſis fili⁹ ami
cus fidiſſimus oꝛeſtis quē furioſum
factũ nõ deſeruit:ſed eũ vſꝫ ĩ tauricā
regioēꝫ ſecut⁹ ꝑ ipo moꝛi voluit Nā ĩ
ea r̃giõe ſolebāt aduene ĩmolari diãe
Pylos vꝛbs laconie ĩ qua regnabat
neſtoꝛ qui ob hoc dicitur pylius
Pindarus a curta thꝛban⁹ poeta ly-
ricoꝝ pꝛinceps.cuius domui ł poſte
ris pepcit rex alexāder cum thebas a
Pindus mõs in finibꝫ (uerteret
theſſalie.Item fluuius ꝛ oppidum
Pimpla locus iuxta pernaſſum mõ
tem. Unde muſe dicuntur pimplee:
vel pimpleides.
Pipleus fons macedonie a quo mu
ſe vocantur pipleides
Pyramus adoleſcēs babyloni⁹ thiſ-
ben puellā mutuo amoꝛe clā parenti
bus amās Et lꝫ a parētibꝫ valde cu-
ſtodirent̃.tñ ꝯſtituerũt vt nocte exirēt
ꝛ certo loco ꝯuenirēt ſub arboꝛe quã
dam.Thiſbe aũt pꝛioꝛ illuc veniens
viſo leone fugit in ſiluā veſte illic reli
cta.Quā veſtē pyꝛamus poſt veniēs
a leone laceratā .vidēs putãſqꝫ thiſ
ben a beſtia deuoꝛatãſeipſum gladio
necauit.Qđ thiſbe reuerſa videns ſe
et ꝫ eodē gladio peremit Oui.iiĳ.meta
Pyꝛacus poꝛtus athenienſis.
Pyꝛacmon vnus cyclopũ queꝫ aliĳ
vocant acmonidem. Uide bꝛontes.
Pyrrha vxoꝛ deucalionis Uide ſuꝑ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pyrrhus filius achilis ex deidamia
filia lycomedis regis in ſcyro inſula.
Qui priamum occidit capta troia oc
ciſus poſtea ab oreſte. Uide ſupius
Alter pyrrhus rex epiri q̇ (Oreſtes
cum romanis pugnauit. occiſus tan
dem ſaxo cum oppugnaret argos
Pyrene fons in arce chorinthi muſis
ſacer. Etiam mons hiſpanie
Pyreneus ꝑ tris ſyllabas. rex thra-
cie muſas hoſpicio ſuſceptas violare
volens. cū ille ꝑ feneſtras euolaſſent
ſpe ſecutus eam decidit ⁊ fractib⁹ mē
bris expirauit. Ouid. v. metamor.
Pyreneus ꝑ quattuor ſyll'as. altus
mons hiſpanie quem aliqui pyrenen
vocant. Item pyrenei montes qui a
pyrene ꝓtenduntˀ in galliam.
Pyramides turres grandes ⁊ ſum
ptuoſiſſime apd̄ mēphim aegyptivr
bem a regib⁹ ꝓ monumentis facte.
Sed ⁊ rhodope meretrix maximam
fecit pyramidem (cioſiſſimus.
Pyrgoteles gēmaruʒ ſculptor artifi
Pirithous filius ixionis rex lapyta-
rum cū theſeo amico ſuo deſcēdit ad
inferos vt ꝓſerpinā rapet. Sʒ a cer-
bero deuoratus fuit theſeꝰ at captus
Pyrodes cilicis filius qui primꝰ ig-
nem e ſilice excuſſit vt plinius ſcripſit
Piſa vrbs ⁊ regio arcadie vel achaie
vbi quinto quoqꝫ anno exercebātur
ludi currules in honorē iouis olym-
pici. In hac vrbe regnabat oenoma-
us de quo dictū eſt. Iñ piſaeus a. ū.
Piſe arum. vrbs thuſcie maritima
Inde piſanus.
Piſaurum vrbs vmbrie ſm pliniū.
Piſtorium vrbs thuſcie
Pithacuſa. inſula cū oppido ī thuſco
mari circa campaniam
Pithagoras ſamius italice phie ꝑn
ceps. qui diſcēdi cauſa mūdū ꝑagra
bat. Tandem cum doctiſſimus eſſet
a quodam interragatus quis voca-
retur. ait ſe eē phm. Nam ad illud tē
pus docti viri vocabātˀ ſophi. i. ſapiē
tes. Quod nomē pithagoras ſoli do
ꝯuenire putās. phs dici voluit Ual
de tamē errauit pythagoras putans
animas de corꝑib⁹ in corꝑa pꝰ mor-
tem tranſire. ⁊ animas hoim quādo
qꝫ in beſtias ⁊ pecora mitti. vñ eſus
carnium ꝓhibebat. Abſtinebat etiaʒ
fabis vt quidam volūt.
Pythius apollo d̄r a pythone ſerpē
te. Uide ſupra Phython
Pittacus a curta. mytileneus vnus
de ſeptē ſapiētib⁹
Placentia vrbs in italica gallia. i. in
lumbardia circa trebiam fluuium et
non ꝓcul a pado
Platee platearum vrbs boetie. Sta
tius. Nunciate excubijs vigiles ar-
Pleiades ſeptē filie (ſiſſe plateas.
atlantis ⁊ pleiones nymphe. ⁊ ſunt
ſeptē ſtelle in humero tauri que ⁊ ver
gilie dicuntˀ. In ſingulari numero d̄r
pleias adis id eſt vna illarum
Plemmyrium fluuius ſicilie. ⁊ inter
pretatur exundans
Pleuron vrbs aetolie
Plotae inſulae due in aegeo: que et
Pluto filiꝰ ſaturni ⁊ (Strophades.
frater iouis rex inferorum. de quo vi
de ſupius neptunus. Et interpretatˀ
diues. vñ etiam dis vocatˀ.
Podalirius filius aeſculapij iſignis
medicus qui cū machaone fratre ſuo
vocatus a grecis peſte laborantibus
a creta venit ad troiā. Ouid. Quan
tus apud danaos podalirꝰ arte me
Poean antis pater phi (dēdi.
loctetis qui ideo poeantius dicitur
Poeni carthaginenſes. quaſi phoe-
ni quia a phoenicib⁹ orti
Pola ciuitas in iſtria
Polemo phs platonicus diſcipulꝰ ⁊
ſucceſſor xenocratis. Fuerat in adole
ſcentia luxorioſus. ſʒ a xenocrate emē
Policletꝰ e lōga ſtatua (datus
rius clariſſimus.
Polinices ſupra Eteocles
Polycrates tyrannus ſamioꝝ fortu
natiſſimus. qui vt aliquid aduerſita
tis habuiſſe videretˀ. anulū ꝓiecit in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mare quē tamē cocus eius redinueit
in piſce. Tandē ab orte ꝑfecto darij
regꝭ cruci affixus fuit i excelſo mōte
Polydorus o longa: filius priami ⁊
hecube: cauſa ditandi belli a priamo
cū mlto auro miſſus ad polymeſtorē
regē thracie. Sꝫ troia capta polyme
ſtor vt auro potiret̃ occidit puerum.
Quo cognito hecuba polymeſtori o
Polymeſtor rex thra (culos eruit
cie. de quo iam dictum eſt
Polymnia vna muſarum. ⁊ interꝑ-
tatur multe memorie. vel multuꝫ ca-
nens a poly ⁊ hymnos.
Polyphemus quaſi multe fame. fu
it filius neptuni ⁊ vnus cyclopum. ſ.
gygas vnoculos carnibus humanis
veſcens. Qui cū aliquot ſocioꝝ vlyſ
ſis comediſſet: vlyſſes ei optimū vi-
num ꝓpinauit. quo inebriatus cū gra
uiter dormiret. vlyſſes cū ſocijs eum
haſtis cecauerūt Idē antea amaue-
rat galatheam nymphā: que tñ eum
ſpreuit ⁊ acim ei ꝑtulit. quē acim po-
lyphemus ſaxo necauit (ſitum
Pollentia oppidum ligurie i mōtibꝫ
Polyxena e curta: filia priami ⁊ he-
cube. quā pyrrhus filius achillis iu-
gulari fecit ad tumulū patris ſui qui
ꝓpter illā occiſus fuerat. Nā achilles
viſa polyxena i illius amorē adeo ex
arſit vt illā a priamo peteret vxorem
ac pacē ꝑmitteret. Igit̃ annuēte pria
mo cū iſtius rei cā achilles veniſſꝫ in
templū apollinis: paris eū occidit
Pollux vide ſupius Caſtor
Pōpeij oppidū cāpanie. Jn pōpeia
num. i. predium circa pompeios.
Pompeius magnꝰ. nobil romanus q̃
multa bella geſſit Tandē ciuili bello
victus a Julio ceſare. ꝓfectus in ae-
gyptum vt ibi repararet exercitū: oc-
ciſus doloſe fuit.
Pōtus ps marꝭ circa ꝯſtantinopolī
alio noie euxinus. ſ. a boſphoro thra
cio vſqꝫ ad maeotim paludē. Eſt etiā
lata regio circa illud mare ſita ꝯple-
ctens colchum cappadociā. armeniā.
et alias ꝓuincias. Ponitur etiā pon
tus generaliter pro mari
Porphyris inſula in laconico mari.
alio nomine cythera.
Portunus palemon deus marinus
qui portubꝫ preeſſe putabatur
Porthmeus charon portitor iferoꝝ
Porſena ł porſenna rex thuſcie in vr
be cluſio. qui romā obſedit conatꝰ tar
quinium regē eiectum reducere. Tā
dem pacificatus receſſit. (tum.
Praeneſte oppidū italie i mōte poſi-
Praxiteles e curta. optimus ſtatua-
rius ⁊ nobiliſſimꝰ marmoꝝ ſculptor
qui inter alia gnydi fecit venerē arti-
Priapus a lōga. filius (ficioſiſſime
bacchi ⁊ venerꝭ. deus hortoꝝ turpiſ-
ſimus. Nā in hortis ponebat̃ ſtatua
cum magno mēbro virili Colebatur
aūt maxime in helleſponto. vñ helle-
ſpontiacus dr̃. ⁊ immolabāt ei aſinū
Priamus laomedontꝭ filius rex tro-
ie. qui habuit filios quinquaginta. q̃
rum ꝓcipui erant. hector. paris. troi-
lus. deiphobꝫ. helenus. polites Poſt
euerſionē troie oibꝫ filijs eius occiſis.
⁊ ipſe a pyrrho ſenex occiſus fuit.
Priene oppidū ionie i aſia pria biātꝭ
Priuernū vrbs volſcoꝝ fuit in latio
Inde priuernates
Procyon eſt ſydus qđ latine canicu
la dr̃. ⁊ interꝑtatur antecanis qr pau
lo ante canē oritur cū leone. Horatꝭ.
Iam procyon furit.
Prochyta y curta. inſula in thuſco
mari circa campaniā ⁊ vna ex aeolijs
Procuſtes latro crudel in attica quē
theſeus occidit
Proetus rex argiuoꝝ cuius filie cum
ſupbirēt ⁊ ſe iunoni ſpēoſitate ꝑferrēt
iuno eis talē furorē immiſit vt ſe vac
cas putarent. Ouidius aūt dt eas a
venere quā ſpreuerāt. ꝑmo in vacca s
poſt in lapides eē ꝯuerſas. Virgiliꝰ.
Proetides impleruūt falſis mugitibꝫ
agros Nā proetides dñr filie proeti.
Procris filia erichthei regꝭ athenarū
⁊ vxor cephali. quē venantē clā ſecu-

ra eſt latens inter frutices ⁊ obſeruãs
eum. Nam audierat ꝙ ibi ille amicã
habere ſolebat. Cephalus aũt motũ
in fruticibꝫ videns ⁊ ferã eſſe putans
vxorem ignarus occidit. Ouidius ſe
ptimo metamorpho.
Progne filia pandionis reg̃ atheni-
enſis ⁊ vxor terei regis thracie. Que
cũ iã filiũ itym noĩe pepiſſet. flagrãs
deſiderio ſororis ſue philomele vidẽ-
te: vir orauit vt illã ex atheĩs ſibi ad
duceret. Nõ tereus cũ faceret eam in
itinere virginẽ violauit. ⁊ ne flagitiũ
cuiq̃ʒ diceret: liguam ei abſcidit ac in
quodã loco ↄcluſit. progne dicens ꝙ
ſoror in itinere obijſſet Philomela ãt
oĩa vt geſta erãt in peplo pinxit quod
peplum ꝑ ancillã miſit ad prognen.
Progne aũt bachanalia ſimulans ſo
rorem attulit ⁊ filiũ ſuũ occidẽs tereo
comedendũ dedit. Tereus recognita
cũ prognen ꝑſequeret̃. illa in hyrũdi-
nem mutata fuit. ⁊ tereus in epopem
vel vpupã. Philomeliã etiam ĩ luſci
niã mutata eſt ⁊ itys puer in phaſia-
nam. que aues hʒ aures plumoſas ⁊
pennas depictas. ⁊ frequens eſt apõ
phaſim fluuium
Prometheus iapeti filius q̃ primus
inxit ex luto ſimulachra. vñ dicũt eũ
hoĩes feciſſe. Fabulant̃ eñ ꝙ in celuʒ
aſcendẽs. ignẽ ferula ſit furatus quo
ſimulachꝝ a ſe factũ aĩaret. Vñ irat⁹
Iuppiter ipm̃ ligari fecit ad montem
caucaſum. adhibita aquila q̃ cor eius
exederet. Quo figmẽto ſignificat̃ fuiſ
ſe vir ſtudioſus ⁊ aſtronomus.
Propontis eſt pars maris inter hel-
leſpontum ⁊ pontum.
Proſerpina ĩ curta. filia iouis ⁊ cere-
ris. quã pluto ex aetna rapuit in vxo-
rem Ceres aũt vbiq̃ʒ eã anxie q̃ſiuit.
⁊ cũ tandẽ compiſſet. ioui ↄqueſta eſt
qui ſententiaʒ dedit vt ſi nihil adhuc
ꝓſerpina guſtaſſet apud inferos ma-
tri redderet̃. Sed qꝛ illã aliq̃d guſtaſ
ſe ↄſtabat. ⁊ ceres incõſolabiliter do-
lebat. iuppiter eã ita placauit vt proſer
pina medio tp̃e eſſet apud m̃rem id ẽ
apud ſupꝰs. ⁊ medio tp̃e apud viruʒ
id eſt apud inferos Eſt igit̃ ꝓſerpina
vxor plutõis ⁊ ĩferoꝝ regia. et eſt lũa
Protagoras rhetor et ſophiſta tp̃ibꝫ
ſocratis. cui plato librum inſcripſit
Protheſilaus vnus ducuʒ grecie ex
phylace vrbe theſſalie. Qui cũ datũ
eſſet grecis oraculũ vt qui primus ex
claſſe deſcẽdiſſet in terrã troianã peri
ret: ipe magnanimus primus in ter-
ram deſcendit ⁊ ab hectore occiſus ẽ
Quẽ vxor eius ita fleuit vt ipa more
Proteus filius oceani ⁊ te (retur.
thyos. marinus deus. paſtor phoca-
rum ⁊ vates. ſed niſi coactus vi nulla
dans rñſa. Idẽ ſe trãſformat in quã-
cũq̃ʒ formã. vt Virg̃ in. iiij. georg̃.
fabulat̃. Fuit aũt rex aegypti tp̃ibus
priami regis troiani
Pſylli gens fuit in libya vltra gara-
mantes. naturalem vim ↄtra ſerpen-
tes hñs. Nam pſylli neq̃ʒ a ſerpẽtibꝫ
ledi poterãt. ⁊ illoꝝ venenũ ab alijs
hominibus exugebant.
Phthia regio theſſalie. ſ. pr̃ia achill̃
Ptholemaeus filius lagi milit̃ gre-
garij in exercitu magni alexãdri: ſed
ptholemaeus ita ſe geſſit vt inter du
ces eſſet. ⁊ poſt alexandri mortem rex
aegypti factus adeo clar⁹ fuit vt om-
nes ſui poſteri ab ipſo denoĩati ſint et
dicti ptholemaei ad tp̃a auguſti
Ptolomais vrbs phenicie prius vo
cata Aea.
Punicus carthaginẽſis. Virg̃ Pu
nica regna vides. Vñ bella punica
dñr q̃ rõani geſſere cũ carthaginẽſibꝫ
Puteoli oppidũ campanie a multi-
tudine puteorum propter aquas ca
lidas ita dictum.

Quari populus gallie narbo-
nenſis ĩter ſallyes ⁊ vocõtios
Quinquatria feſta mineruȩ
que quinto die poſt idos cuiuſq̃ʒ mẽ
ſis agebantur.
Quirinus dictus eſt romulus: eo ꝙ
ſemꝑ vtebat̃ haſta que ſabinoꝝ lĩg̃